



**Demonstrations  
Chronologico-Historico-Juridico-Canonicæ**

**Callenberg, Caspar**

**Coloniae, 1734**

Documenta Quædam Per decursum Libelli allegata, & in hunc locum  
reservata. Lit. A. Decisio Rotalis XVII. apud Ascan. Tamburinium de Jure  
Abbatum tom. 3tio, quæ sola Litem Freckenhorstensem in omnibus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63192](#)

# DOCUMENTA QUÆDAM

Per decursum Libelli allegata , & in hunc locum refer-  
vata.

## *Lit. A.*

DECISIO ROTALIS XVII. apud Ascan. Tamburi-  
num de Jure Abbatum tom. 3tio, quæ sola Litem Frec-  
kenhorstensem in omnibus punctis plenissimè &  
clarissimè decidit.

*Leodien. Abbatissatus Mercurii 9. Martii 1594.  
coram Emin. D. Cardinal. Pamphilio seniore.*

N concursu duarum Electionum, factarum de Magdalena  
Elsia & Magdalena à Bouylandra, in Abbatissatu Monasterii  
S. Amoris in Munsterbilſen dubitavi, quæ Electio esset at-  
tendenda. Et DD. dixerunt, neutram sustineri; quia in  
illis fuit processum per modum Scrutinii, assumptis Scru-  
tatoribus extra Collegium, contra formam C. Quia propter  
de Elect. quod pro substantiali Electionis requirit Scrutato-  
res assumendos de Collegio, tanquam fidelius negotium ipsum Electionis  
tractaturos, ut ibi tradit Innoc. Joan. Andr. Butr. num. 6. & num. 22. verf.  
Dicitur septimò. & Abb. num. 1. Roman. qui testatur de communi conf.  
332. num. 11. cum sequen. cum aliis per Petr. Baiz in suo Decreto Elect.  
cap. 34. p. 3. & procedit etiam in Electione Abbatissæ, ut post Butr. in d. cap.  
Quia propter, sub n. 2. not. Abb. n. 8. Paul. de Caſtr. in conf. 346. in princ.  
lib. 1. Et in Electione factâ secundum terminos cap. Indemnitatis, de Elect.  
lib. 6. tradit ibi Gemin. in §. Sanè in princ. & Franc. in 3. notab.  
Et tantò magis, quod juxta Resolutionem alias per Illustriſſimos Dominos  
Sacri Collegii Interpretes in hâc causâ factam, quantum ad Electionem Elſiae,  
illa non potest sustineri, cùm tam ex ipſomet Instrumento Electionis, quā in  
etiam ex ipſius propriâ confessione in commiſſione cauſæ conſet, illam non  
fuisse ætatis legitimæ 30. annorum, quæ ex Dispositione d. cap. Indemnitati-  
bus, & Conc. Trident. less. 25. cap. 7. de reg. non obſtantे quācunque con-  
„ fuerūdine

1.

2.

„ suetudine est necessaria in Abbatissa , etiam quod alias non potuisset postulari :  
 „ quia ista postulatio debuit fieri ante Electionem , ut in tot. tit. de Postul. Praelat.  
 „ & à Papâ , non autem ab Ordinario , ut dicit Gloss. in d. C. Indemnitibus ,  
 „ in verb. Eligatur . Quam sequuntur Joan. Andt. Anchar. num. 2. & Gemin.  
 „ circa fin. maximè quia , ut dicitur ex prædictâ Resolutione Illustrissimorum  
 „ DD. Sacri Concilii Interpretum , nendum non aderat aliqua Ratio publicæ utili-  
 „ litatis , cur Postulatio debuisset confirmari : quin imò adest maxima pro re-  
 „ jectione ob hæresim maternam , cap. 2. Hæretici , & cap. Statutum. I. 2. de  
 „ hæretic. in 6.

„ , Quantum verò ad Electionem factam de Boulandrâ , illa similiter corruit :

5. „ quia non est facta duabus partibus Collegii , ut requiritur secundùm terminos  
 „ d. cap. Indemnitibus. §. Sanè . Ibi : Quæ à duobus partibus : & non habet  
 6. „ majorem numerum Collegii , qui solus attenditur in Electione Abbatissæ , non  
 „ habitâ collatione zeli ad zelum , nec meriti ad meritum , d. cap. Indemnitati-  
 „ bus §. Sanè in fin. & ibi Joan. Monach. sub n. 20. Archid. Joan. Andr. Franc.  
 „ sub n. 8. Gemin. sub n. 1. & in §. Si qua verò . §. ut autem Card. in Clem. quod  
 „ circa. q. 1 i. & vital. sub num. 3. eod. tit. Petr. de Baiz in suo Direct. in 3. par.  
 „ in cap. 38. n. 6. qui omnes dicunt , ob inhabilitatem Electæ à majori numero  
 „ non devolvi facultatem eligendi ad majorem partem in Electione Virorum , cap.  
 „ Dudum c. humana & cap. Congregato. de Elec. cùm ibi not. per Doctor.

7. „ Quod procedit etiam in Electione Abbatissæ , quæ facienda est à mulieribus  
 „ simul cum Masculis , ut trad. Joann. Andr. in d. cap. Indemnitibus sub num.  
 „ 3. vers. Canonic. & Gemin. in §. Supradicta num. 4. qui dicunt , prædictum

8. „ textum habere locum , etiam quando Canonici Seculares adsunt simul cum  
 „ mulieribus . Et bene facit , quod constitutio etiam exorbitans , disponens de  
 „ re simplici , extenditur ad actum mixtum , quantum ad illas qualitates , quæ  
 „ concernunt personas facientes actum simplicem , prout illæ qualitates interve-  
 „ niunt in actu mixto : quicquid dicendum sit , quantum ad qualitates , quæ ref-  
 „ picunt alias personas , quæ faciunt actum mixtum , ut post Gloss. in d. §. Sanè .  
 „ in verb. non obstat. circa fin. declarat Gemin. sub num. 7. vers. Nota optimam

9. „ Gloss. & hoc maximè quoad computanda vota Mulierum , in quibus ratione  
 „ quādam speciali constitutum est , ut attendatur solus numerus , non autem  
 „ zelus , nec meritum ; ne , ut dicit Joan. Andr. in d. cap. Indemnitibus. num. 3.  
 „ ( quem ibi sequuntur Anchar. in vers. 18. notat Gemin. in §. si qua. vers. ut au-  
 „ tem ) ad invicem sibi inferant opprobria & convitia , revelando ipsarum secreta.  
 „ Quæ ratio , quoad ipsas fœminas eligentes , militat etiam in Electione Abbatissæ ,  
 „ si una cum eis Masculi interveniant ; præfertim in hoc casu Virorum , vulg. 1.  
 „ quæritur . ff. de stat. hom. cum aliis allegatis.

PRAE-